

Heu!

EHEU!

*Eusebia Delicium,**Sophia Corculum,*

Eruditionis omnigenæ Ornamentum.

VIRUM

*Maximè Reverendum, Nobilissimum & Excellentissimum*

DOMINUM

**D. SEBASTIANUM****Gottfried Starcken****Theologum longè celeberrimum, Ecclesiarum****Freibergensium Pastorem Fidelissimum, Svavissimum,****Meritissimum,****Ejusq; Diæceseos amplissimæ Superintendentem****Vigilantissimum, Gravissimum,**

Qui, ut

**HEROS FORTISSIMUS, INVICTISSIMUS,***Pugnam pugnavit laudabilem, virq; Cursum, sede hæc terrestri cum  
celesti mutatâ*

V. Cal. Decembr. A. M. DC. LXX.

Feliciter Absolvit.

Cujus Exuvia

**In Ecclesia Cathedrali, quæ Freibergæ Hermundurorum est,****SERENISS. ELECTOR. SAX. aliorumq; PRINCIPUM**

Legatis Splendidissimis

**Senatu Populoq; FREIBERGENSEI**

præsentibus,

*Pheretrum comitantibus, Condolentibus, Terra omnium**Matri reddentur.***Affinem suum Mellitissimum,**

Et Parentis instar Colendum

Luget &amp; Eluget.

**RUDOLFFUS GASTO, U. J. D. &**

Seren. Elect. Saxon. Consiliarius.

DRESDÆ,

Ex Typographiâ Bergeniana.



Lethi Rabies! O! inexorabile fatum!  
O! Furor insanus! Quem, Rhadamante, geris.  
Dum rapis *Aonidum* lumen, *fortemq;* Columnnam  
*Sionis*, *firmum* Præsidiumqve *Schola*.  
*Starkiadem* justum, sincerum ac omnibus æq̃vum  
Qvi *Candor* niveus, Totus *Amorq;* fuit.  
Omne cum multo sua gessit *nomina* terna,  
Mente Deum *coluit*, mente *colendus* erat.  
Mente *colendus* erit Nomen Famamqve *Sebastus*,  
Donec ab astrigero Lux cadet axe Poli.  
**Gottfried.** Tota coruscabat divâ mens *Enthea pacis*,  
*Pax* ipsi *Pacis* cum Patre firma Deo.  
*Pax* ipso secûm, quæ mûrus aheneus esset,  
Crimine nec Culpâ pallidus iste fuit.  
Perpetuæ coluit cum quovis fœdera *pacis*,  
Candida cûm binâ Conjuge *Pax & Amor*.  
*Pax* cûm Collegis, totius & ordine Cleri,  
Ipsi nam lites pestis & angvis erant.  
*Pax* cûm Præfectis, cûm Consule cûmqve Senatu,  
Et *Pax* cûm justo Judice, cûmqve foro.  
*Plenus* erat *Pacis divina*, totus & ipse  
*Pax* nullo terris interitura die.  
Sed tamen æternum fædo cûm Crimine gessit  
Dissidium, Stygio Dæmone, cumqve malis.  
**Stard.** Deniqve & infractâ *fortem* se mente ferebat,  
Ipsi mens Fidei Robore *fortis* erat.  
*Fortis* erat puer immensâ sub mole laborum  
Totus namqve fuit tota juventa labor.  
\*Schola Provinciali, quæ Misena est. Eja! quot insomnes noctes transegit in *AFRÆ* \*  
Tectis invictæ sedulitatis ope!  
Herculeos longâ serie numeroqve labores  
*Lipsia* narrabit Testis aperta rei.  
Quantâ divinos hic propugnavit honores  
*Vi* mentis! Quæ nec vi neqve mota prece.  
Dum prior occubuit Conjux, interritus ille  
Mansit, nec metuit fulmina dira necis.

Ad

Ad mala quæcunque & quæcunque pericula *fortis*,  
 Sic & in extremo *fortis* agone fuit.  
 Heu! *Cor Eusebia* periit *Sophiæq; Medulla*,  
 Et *Probitas*, niveus *Candor*, honestus *Amor*.  
 Dulcis ô *Affinis* cecidit mihi *Flos & Ocellus*,  
*Delicium*, mentis portio magna mea.  
*Misia Theologum* luget, *Freyberga* Salutis  
*Doctorem*, *Cleri* condolet *Ordo Patrem*.  
*Templa*, *Sacella*, *Schoia*, *Sacraria*, *Pulpita* & *ara*  
 Edunt tristitiæ plurima signa suæ.  
*Patria* deplorat *Civem*, *Gens* tota *Coronam*  
*Starkia*, nam periit dexter honoris apex.  
 Luget & Eluget vitæ vix munere compos  
*Conjux*, quæ superest nunc *diadema* suum.  
 Flent, deflent *Patrem Gnati*, *fratresq; Patronum*,  
 Maternis lacrymis *Socrus* & ora rigat.  
 Persequor ipse *Viri* non ficto funera fletu,  
 Totaque flet mecum *VVelleriana* *Domus*.  
 Parcarum *Q!* immitis nunquam placanda *Tyrannis!*  
 Cor circa triplex æs, adamantæ fovent,  
*Mystra* debueras *Mystrarum* parcere, *Parca*,  
*Swada* debueras parcere, *Parca*, *Sopbi*.  
 Sed quis fictarum curabit fata *Dearum?*  
 In nos nec vires, nil quoque juris habent.  
 Qui mundi & rerum sapiens moderatur habenas  
 Is metam vitæ posuit atque necis.  
 Is quoque *Starkiadem* nostrum sic æquus amavit  
 Ac ærumnarum turbine solvit eum.  
 Nunc sanctum Numen colit & reverenter adorat,  
 Et demum sanctâ mente *Sebastus* erit.  
*Divinâ* fruitur *pace* æternâque quiete,  
 Hic etenim rarò *Pax* & amænâ *qvies*.  
 Ærumnas centum superavit mille labores,  
 Heros invictus *Starkius* inde cluit.  
 En, cape, supremum tibi quem mea præstat honorem  
*Musa*, tui nunquam non memor esse queo.  
 Siste, igitur lacrymas curis exhausta superstes  
*Conjux*, nam *Conjux* sidera *Cæles* habet.  
 Immodicos, *gnati* vos, castigate dolores,  
 Nam capit in cælis gaudia læta *Parens*.  
 Virtutes patrias patriosque æquate labores,  
 Ut patrio minor haud vos comitetur honos.

175  
Abruptum nihil est, *Diū vendunt cuncta labore*

*Si comes est Pietas, cum pietate fides;*

*Est Deus in calis Viduas orbosq; parente*


*Curans Et justos deseruisse nequit.*

Hûc, *Deus*, alme *Parens*, hûc lætam vertito frontem

*Starkiada Sobolis fac memor esse velis.*

## Grab-Schrift.

**H**ier liegt der theure Mann / der Starcke Glaubens-Kämpffer  
Der Unverzagte Held / der Sünd-und Laster-Dämpffer  
Der Friedens-Prediger / der süsse Engels-Mund /  
Der jedermann die Bahn des Himmels machte kund.  
Den Mietwend' hat erzeigt / den Alfra auffgezogen /  
Den Leipzig' auspoliert und seiner wohl gepflogen /  
Der Lüneburg den Grund der Wahrheit hat gelehrt /  
Den Freyberg und zugleich das Meißner-Land geehrt /  
Der liegt in dieser Grufft: die schön-geschmückte Seele  
So vor vereinget war mit dieser Leibes-Höhle /  
Lebt in der Ewigkeit / im himmlischen Pallast:  
Mein Leser mach auch dich auff solchen Gang gefast.



Heu!  
EHEU!  
*Eusebia Delicium,  
Sopbia Corculum.*

Eruditionis omnigenæ  
VIRUM  
*Maximè Reverendum, Nobilissimè*  
DOMINUM

**D. SEBAS**

**Gottfried S**

Theologum longè celeberrimè  
Freibergensium Pastorem Fidelissimè  
Meritissimè

Ejusq; Diæceseos amplissimæ  
Vigilantissimè, Gravissimè

HEROS FORTISSIMUS,  
*Pugnam pugnavit laudabilem, vitæq; Curæ  
celesti mutatâ*

V. Cal. Decembr. A. M.  
Feliciter Absolvit

In Ecclesia Cathedrali, quæ Freiberg  
SERENISS. ELECTOR. SAX. alii

Legatis Splendidissimis  
Senatu Populoq; FREIBERG  
præsentibus,

*Pheretrum comitantibus, Condolentibus  
Matri reddentibus*

Affinem suum Me

Et Parentis instar Co  
Luget & Eluget

RUDOLFFUS GAST

Seren. Elect. Saxon. Cor  
DRESDÆ,  
Ex Typographiâ Berg

